



## **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

2282. Prinz Woldemar von Dänemark erneuert die dem Markgrafen  
Ludwig von Brandenburg geschehene Verschreibung des Landes Reval &c.  
als Mitgift für seine Schwester Margaretha, am 20. März 1340.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56621)

2282. Prinz Woldemar von Dänemark erneuert die dem Margrafen Ludwig von Brandenburg  
 geschene Verschreibung des Landes Reval u. als Mitgift für seine Schwester Margaretha,  
 am 20. März 1340.

In nomine domini amen. Nos Woldemarus, Dei gratia Danorum Domi-  
 cellus et Dux Estonie, Singulis et vniuersis, ad quorum noticiam presentes deve-  
 nerint, Salutem in domino et noticiam subscriptorum. Omnibus itaque, presentibus et  
 futuris, recognoscimus publice profitendo, quod, matura prehabita deliberatione et con-  
 silio, illustri ac magnifico principi domino Ludewico, Marchioni Brandenbur-  
 genfi, sororio nostro dilectissimo, sub aspectu matrimonii, quod cum nostra predilectif-  
 sima sorore, Margaretha, contraxit, nomine dotis seu pro dote ejusdem sororis nostre,  
 donamus, assignamus atque damus terram Reualiensē, scilicet castrum et ciuita-  
 tem Reuale, jus presentandi episcopum et quicquid juris ad ipsum episcopatum habe-  
 mus, Wefenberg castrum et ciuitatem, Narwen castrum et ciuitatem, in  
 Estonia sitas, et omnes munitiones nostras, que in illa terra sunt, quocunque nomine  
 censeantur vel nominentur: Opidaque, villas, allodia, vicos et quecunque seruicia vrba-  
 norum, dextrariorum, rusticorum atque curruum, que de consuetudine vel de jure inibi  
 extiterunt, existunt et existere poterunt in futurum, cum pratis, pascuis, paludibus, me-  
 ricis, nemoribus, agris cultis et incultis, aurifodinis, argentifodinis, cuprifodinis, ac qui-  
 buscunque aliorum metallorum fodinis, si que sunt in presenti vel que fieri poterunt in  
 futuro, cum lignis, siluis, venationibus, piscationibus et marinis tractibus et aquis, cum  
 quibuscunque molendinis ac aquarum decursibus, theloneis, monetis, jurisdictionibus  
 in basso et in alto, et super majoribus excessibus et minoribus et emendarum vtilitati-  
 bus, redditibus, juribus patronatus ipsius episcopatus, et quicquid juris ad dictam ter-  
 ram habemus et quibuscunque obuentionibus et meliorationibus, prouenientibus et que  
 prouenire poterunt in futurum ab ipsa terra et a prenominatis possessionibus, spectan-  
 tibus ad ipsam terram, cum juribus proprietatum et possessionum obtinendam, prout  
 nostri progenitores, Reges Dacie, ejusdem regni Dacie habuerunt predictam terram  
 ac cum ipsa terra omnia et singula premissorum, et prout ad ipsum regnum Dacie  
 eadem terra et hujusmodi possessiones pertinebant. Adicimus quoque in amplius, quod  
 hujusmodi terra Reualiensis, castrum et ciuitas Reuale, jus presentandi episco-  
 pum et quicquid juris ad dictum Episcopatum habemus, Wefenberg castrum et ciui-  
 tas, Narwen castrum et ciuitas, et alie possessiones cum proprietatibus ipsarum ad  
 ipsum Regnum Dacie nullum respectum habeant deinceps, nec debeant aliquo jure  
 nomine ipsius Regni repeti aut in perpetuum ad ipsum reuolui, nisi prefatus Ludewi-  
 cus, marchio Brandeburgensis, sororius noster dilectus, aut sui heredes, vel qui-  
 bus ipse vel illi vendiderint, donauerint aut permutauerint terram Reualiensē, no-  
 bis aut nostris successoribus de eorum bona voluntate vendiderint aut aliquo modo di-  
 miserint terram supradictam, sed quod ipse prefatus Ludewicus, Marchio Bran-  
 denburgensis, noster sororius, ad suos heredes, legitimos successores eandem terram

et omnia, que limitibus ipsius terre ascribuntur quocunque nomine, deuoluere habeat et possit pleno iure et vendere et donare aut pro sue voluntatis arbitrio permutare in quemcunque usum et transferre ad quemcunque vel ad quoscunque, cuiuscunque conditionis et status fuerint, libere et quiete possint ipse sororius noster aut sui successores legitimi, si quando ipsis videbitur expedire. Si etiam homines dicte terre cum omnibus munitionibus ad dictam terram spectantibus, ut premissum est, cum ipsorum bona voluntate ad illustrem Ludewicum, marchionem Brandenburgensem, sororium nostrum dilectum, vel ad eius heredes vel ad illum, aut ad illos, cui vel quibus idem Ludewicus vendere, donare aut permutare uellet dictam terram, diuertere nollent, extunc cum omni nostra potentia, qua possumus, artare debemus, ut sibi suisque ueris heredibus, illi vel illis, cui vel quibus predictam terram cederit, uendiderit aut permutauerit, obediant et homagium faciant, tamquam suo uero et legitimo domino ut tenentur. Promittimus etiam presentibus data bona et sincera fide, quod quam primum ex omnipotentis Dei gratia in Regem Dacie uncti et coronati fuerimus, extunc ipsi Ludewico, marchioni Brandenburgensi, sororio nostro dilecto, illi vel illis, cui vel quibus dictam terram dare, vendere aut permutare decreuerit, presentes literas debemus et volumus cum omnibus suis articulis superius expressis innouare et renouare omni excludo dolo, cum per ipsum vel per ipsos fuerimus requisiti. Renunciamus etiam et presentibus renunciamus publica solempni et expressa renunciatione pro nobis, heredibus successoribus et pro omnibus, quorum interfuit, interest vel intererit, omni iuri, actioni et impetitioni, nobis in dicta terra, munitionibus siue bonis quibuscunque et qualitercunque nominatis (competenti), sic quod denuo ipsam nec ea repetere vel impetere, nec per aliquem debent impeti vel repeti quouismodo. Ut hec omnia firma teneantur, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes autem huius sunt: Venerabilis in Christo pater Dominus Sweno Dei gratia Episcopus Arusiensis, Nobilis uir Guntherus de Swartzburg, Henricus de Rischach curie Magister, Dominus Johannes de Buch capitaneus, Beringerus Helo marscalcus, milites, Gercko Wolff, Hasso senior de Wedele cum ceteris pluribus fide dignis. Datum et actum in Spandow, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo, dominica, qua canatur officium oculi mei.

*Nach einer Abschrift aus der Dreger'schen Handschriftl. Urkunden-Sammlung.*

2283. Markgraf Ludwig bekennet, von der Stadt Lübeck von dem zur Mariä Geburt fälligen Reichszins 400 Pfund empfangen zu haben, am 1. Mai 1340.

Uniuersis hoc scriptum inspecturis Ludovicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusacie marchio, comes Palatinus Rheni, dux Bauarie sacrique Romani imperii archicamerarius, salutem in Domino cum plenitudine omnis boni. Recognoscimus et